Erb. 1°8

# Ioannis Christophori Calveti Stellae de Aphrodisio expugnato, quod vulgo Aphricam vocant, Commentarius.




ANTVERPIAE,

*Apud Martinum Nutium.*

P.V.G. M. D. L I.

*Cum priuilegio Cæsareo ad decennium.*

*Cautum est Cæsareo priuilegio ne cui Commentarium Stellæ de Aphrodisio proximo decennio imprimere liceat, aut alibi impressum venalem proponere, præterq̃ Martino Nucio, cui ipse Stella rem commisit. Qui secus fecerit, mulcta illi esto confiscationis librorum, & quinquaginta Carolinorum. Datum Bruxellis. XV. Cal. Septemb. Anno M. D. L I.*

*Facuez.*

# CORNELII SCEPPERI
## *Viri clariß. ad Lectorem*
### PRAEFATIO.

*POLYBIVS Megapolitanus Scipionis Africani maioris coætaneus et præceptor, veritatẽ in Historia perinde atq; oculum in iumẽto esse dicit, ac veluti si quis oculos animanti effoderit, quicquid superest corporis inutile fit, ita dempta ex historia veritate narrationẽ omnem reddi inutilẽ. Quod si plæriq; superiorũ temporum & nostrorũ scriptores animaduertissent, nõ sanè tot eorũ libros conspiceremus plenos mẽdaciorũ, dũ suæ quisq; gẽtis res extollere, aliorum eleuare conatur: stolidi pariter & impij, si iudicio id et voluntate faciãt: sin verò pro genuinis adulterina eorũ nomine prodeunt, miserandi. Cõtigisse enim multis*

*ſcio, qui cùm res veras ſcripſerint, neq; vllis affectibus ab amuſsi receſſerint, in ſceleratiſsimas quorundã manus incidentes, emiſsi ſunt à ſeipſis alieniſsimi, ita vt nõ hiſtoriã ſcripſiſſe, ſed fabulati planè atq; nugati eſſe videãtur, magno profectò Reipub. malo, cui quãtum ſubueniat hiſtoriæ cognitio ad omnes vitæ rationes inſtituendas, non eſt inſtituti huius dicere. Proinde magna laude digni ſũt, qui in hoc genere innocẽter verſati, quæ præclarè acta ſunt, literarũ monumẽtis cõmendare ſtuduerũt, vt habeat poſteritas, quæ admiretur pariter & imitetur. De quorũ numero facilè cẽſebis eſſe Io. Chriſ. Stellã ex Hiſpanica nobilitate magnæ eruditionis et iudicij virũ, qui cũ videret res ſuperiore anno in prouĩcia Africa fortiſsimè et feliciſsimè geſtas varijs modis*

*dis deferri, nõnullis totã eã victoriã solis Italis, alijs solis Lusitanis adscribentibus, suppresso penitus Hispanorũ nomine, ac si ex ea gente nullus istic militasset, indignum ratus est pati, eius rei fructum ab alijs carpi, q̃ ab ijs, quorum excelẽte virtute parta est. Parta autẽ imprimis est ab Hispanis, non quòd & alijs gẽtibus, qui in eam expeditionem profecti sunt, sua sit gloria adimenda (nemo enim eorũ nõ strenuè atq; fortiter egit) sed quòd insigniter pauci magnum momentum ad palmarium adferre nõ potuêre. Etenim Carolus Cæsar, cùm de militari virtute Hispanorum suorũ variari, aliarum gẽtium iudicia videret, quo solidæ fortitudinis specimen exhiberent, solos, aut saltẽ q̃ paucissimis aliarum nationũ comitatos in Africam traijcere voluit. Neq; verò in*

*obſcura aliqua vrbe, aut quæ prius bel li expers intentataq́ permanſerat, ſed in ea voluit ipſos periculū facere, quæ totius Africæ propugnaculum atq́ arx vnica, ab alijs Clauis multis ab hinc tē poribus nuncupata, variarū gētium di uerſis obſidionibus preſſa, conatus om= neshoſtiles inuicta ludificauerat, ciuili tantū bello domeſticaq́ ſeditione liber tatē ſeruitute cōmutauerat. Vt enim ta ceā quoties primùm Siculi deinde Nea politani reges arma aduerſus eam fru= ſtra mouere: nōne inſignis et cūprimis memoratu digna ea fuit expeditio, quæ ſub annū noſtræ ſalutis.* M. CCC. LXXX. *à Gallis & Liguribus, ductu atq́ auſpi= cijs Ludouici Borboniorū ducis aduer ſus eā potiſsimū inſtituta fuit? Parum enim cæteram prouinciā Africā Ligu res aliją maritimi Italiæ populi exiſti= mabant,*

*mabant, si modo ea vrbe sola potiri potuissent. Itaq; ad eam oppugnandā ipsi quidem cōtulêre naues lōgas trecētas, onerarias centum, militum viginti millia, et cōmeatū, qui trāsuehendis alijs, qui in sacrā eam militiam nomina darēt, abundè sufficeret. Gallorum verò atq; Anglorū, Belgarumq; eorum, qui Francorū imperiū nō agnoscebant, numerus fuit milliū quatuordecim, perspectæ omnium nobilitatis, quòd obscuro loco nati ferendis sumptibus pares nō essent, atque ob id edicto excluderētur. Et tamē neq; tā magnæ classi, neq; tā numeroso exercitui, nec peritiæ militari tunc cessit Aphrodisiū: sed post bimestre, à quo cœpit, magna cū iactura nostrorum obsidio soluta est. Quanto maiore admiratione digni sunt, qui classe permodica, vix mediocribus co-*

*pijs, nec multo longiore tempore voto-rum cõpotes effecti, paucißimis, pro magnitudine rei amißis, aut in vrbe expugnata per vim mansere præsidio, aut in patriam, hostilibus exuuijs prædaq́ onusti, victores reuersi sunt? Proinde an nõ magnoperè cõmendãdus Stella, qui taliũ virorũ memoriã extinctũ iri nolens, tã luculenter graphiceq́ totam eam expeditionẽ depinxit, vt res ipsæ nõ legi, sed geri videãtur? Tali autem candore sermonis, vt eò nihil purius, nihilve tersius haberi poßit. Quã cùm lecturus es, primùm apud te perpendas oportet, Deũ sanctis & pijs conatibus hominũ fauere, deinde victoriã ex eo, nõ ex hominum multitudine roboréve pendêre. Postremò mediocrem veteranorum virtutem magnis aliorũ copijs nõ immeritò esse formidabilem.*

# Ioan. Christo-

## PHORVS CALVETVS

STELLA CLARISS. VIRO LVDOVI-
*co Auilæ Stunicæ militiæ Alcantarensis Præfecto S.*


*Graue onus, longeq́ maius, quàm sustinere possim, mihi imposuisti, vt ea literis mandarē, quæ Hispani in Africa superiori æstate gesserunt. Quis enim, etiam si id assequi velit, se consecuturū speret, vt in scribendo Martiæ Hispanorū virtuti par esse poßit? aut eorum laudes, & pace, ac bello præclarè gesta, quàmuis eloquens, & in dicēdo suauis & ornatus, ingenij culpa non eleuet? Quibus si tales rerum gestarum Scriptores, quales*

*Græcis & Romanis, olim cōtigissent: non minus certè quæ fortissimè ipsi fecerunt, nota posteris essent, quàm quæ de suis illi tradiderunt. Vtcunque erit, iuuabit tamen vel periculum hac in re fecisse, tibiq́ Principi viro ac de Hispania q̄ optimè merito gessisse morē: quippe qui Caroli Quinti Cæsaris, & Hispanorum res gestas quotidie illustrare non cessas. Sed legant Hispani hæc per te, & quidem ab homine Hispano conscripta, & semper, vt sunt soliti, vincant, Inuictissimiq́ Cæsaris nomine, & auspicijs signa vltra Euphratem proferant, maiorem laudem ex sua ipsorum virtute, quàm ex vlla Scriptorum facundia sibi vendicantes.*

VALE.

Oriens.

Septentrio.




Meridies.

Occidens.

# Io. Chriſtopho
## RI CALVETI STELLÆ
### DE APHRODISIO EXPVGNATO COMMENTARIVS.

APHRODISIVM, *quod*
*vulgo Aphricam, Mau-*
*ri Mahadiam appellãt,*
*in ea Africæ ora poſitũ*
*eſt, quæ in Tunetẽſe re-*
*gnum abijt, quà aditum habet à terra*
*directa fronte inter Septentriones &*
*Auſtrũ ad ducentos paſſus patet, reli-*
*qua mare alluit. Eius verò ſpatij pars,*
*quæ ad aditũ pertinet, duplici muro, et*
*altiſsima foſſa inter vtrunq; perducta,*
*& turriũ altitudine munita difficilem*
*habet oppugnationẽ. Hinc Aphrodiſiũ*
*ipſum paulatim latum fit, mareq́ ab v-*
*troq; latere, veluti in ſinum, ad eas vſq;*
*turreis admittit, quæ in occaſum Solis*
*ſpectant.*

*ſpectãt. Deinde latius factũ rurſus ad orientẽ ſolẽ contrahitur, in tenuẽq; cuſpidẽ deſinẽs linguæ ſpeciẽ refert. A mari autẽ quanq̃ ſimplici muro, ne ea quidẽ craſsitudine, qua à cõtinẽti cĩgitur, tamen eò propius accedere perdifficile eſt: propterea quòd mare eſt illic vadoſum, et breuibus plenũ. Murus et craſsitudine, quã habet, et turriũ multitudine, et quòd frequẽtiſsimis fibulis reuinctus diſtinetur, præcipuè à terra firmiſſimus eſt. Nã qui interior eſt, in latitudinẽ pedũ quĩdecim, qui verò pro foſſa eſt, quinq; patet. Porta, qua ad oppidũ eſt ingreſſus, altiſsimis turribus et operis varietate et firmitate eſt ſaneq̃ admirabilis, tot ſunt in ea inextricabiles anfractus, tot gyri, tot arcuati flexus ſuis quiſq; æratis poſtibus vtrinq; muniti. Poſt quos teſtudo quædã fornicato*

*opere*

*opere, lõga pedes septuaginta ingrediẽtes excipit, adeò angusta et obscura, vt omniũ mẽtes animosq́ perturbet, et quasi cũ aliquo numine terreat, speciẽq́ potius auerni specus, q̃ ingressus ad oppidum præ se ferat. Quo fiebat vt Mauri maiestate oppidi, & religione adducti crederẽt nulla vi ipsũ expugnari posse. Intus quà ad Septẽtriones vergit, monticulus nascitur passus circiter à muro sexcẽtos: abestq́, quà in austrũ spectat, à nauali & cothone centũ, qui et amplitudine, & operis magnitudine longè alios antecellit. Nã præterq̃ quòd muro continetur, tutissimoq́ in loco positus est, multo capacior fieri potest: aditũq́ ita perangustũ habet, vt singulas triremes, sublatis etiã remis, faucibus, veluti canali quodam, intrò ægrè admittat: eoq́ amplius quinquaginta se recipere, ibiq́*

*ibique porta præclusa, quæ aggere & turribus est munita, trãquillè hyemare poßint. Fuit hoc oppidũ sub imperio Tunetẽsiũ, donec pulso Huzanio Cheleuio, qui Ariadenũ Ænobarbum summa neceßitudine attingebat, quiq; pro ditione quorũdã ipsum occuparat, sese in libertatẽ vindicauit. Quã viribus et multitudine hominum diu retinere potuisset, nisi eã Dorgutes Turca pirata insignis oppidanorũ aliquot pfidia adiutus eripuisset. Is à Meninge illa Lotophagorũ, quã Gelues hodie vocant, solues, quæ insula in minore Syrti põte ad promõtoriũ Zethã cõtinenti cõiungitur, Aphrodisiũ venit, præmißis eo cõsilio pedestribus Turcarũ copijs, vt simul atq; ipse à mari oppidũ se velle adoriri simularet, cõcurrẽtibus eò oppidanis, illi statim à terra ex insidijs irrumperent,*

*perēt, ipſumq́ caperēt: nec fortuna cō-
probato hominis cōſilio euētui defuit.
Capto Aphrodiſio Dorgutes ſe Dyna-
ſtā appellari iubet: Africæ, Maurita-
niæq́ orā occupare, imperiū protēdere,
ex Neapoli Siciliaq́ prædas agere ani-
mū intēdit: creuiſſetq́ præter modū vi-
ribus, niſi eodē anno, quo oppidū captū
eſt, qui fuit quingēteſimus quinquage-
ſimus ſupra milleſimū ab Hiſpanis fuiſ
ſet repreſſus. Sed res ipſa expoſcere vi
detur, vt pauca de Dorgute præmittā,
quò facilius percipi poſſit, vnde Turca
humili perobſcuroq́ loco natus ad tātā
dignitatē puenerit. Qui cùm aliquādiu
ſub Ænobarbo tyrāno Chriſtiani no-
minis hoſte atrociſſimo meruiſſet, pira
ticam facere cœpit, nō ea quidēfortuna
ac nomine, quo Iudæus et Cahis cogno-
mine Diabolus, Halaq́, & alij qui ſub
Æno-*

*Ænobarbi imperio fuerunt. Sed breui tantũ virtute enituit, vt meritò ipsum Ænobarbus piratis omnibus præficeret, cùm Othomanicæ classis, quæ anno trigesimo octauo coacta fuerat, imperij summã teneret. Hac cùm ipse Cõstãtinopolim reuersus dimisisset, Dorgutes tredecim nauibus longis in Corsicã Genuensiũ insulã renauigauit animo periniquo, & Christianis infenso. Sed hic conatus ei infeliciter cessit. Nam ad eã insulam euastatis prius, & incensis aliquot Christianorũ maritimis locis, cum triremium classe, quæ Cæsaris stipẽdijs militabat, confligens, amissis vndecim nauibus in potestatem Ioannis Auriæ venit, qui ei classi præpositus erat, & Andreæ Auriæ Principi Melphitano, & rerum gestarum gloria, & rei naualis scientia, atque vsu longè clarissimo*

*cum*

*cum primis charus, maximisq́ neces-
situdinis vinculis cum illo cōiunctus.
Captus Dorgutes nō animum hoc ca-
su demisit, sed spei plenus in triremi-
bus Auriæ multo tēpore cathenis cō-
strictus eandem fortunā, quàm alios
pati coēgerat, fortissimè pertulit: de
quo si more maiorum suppliciū sum-
ptum fuisset, non tam infestum mare
habuisset, neq́ tot incommodis Chri-
stianos affecisset. Nam paruo ponde-
re auri libertate pristina recepta, ad
Meningem se contulit, vbi & aucto-
ritate, qua plurimū apud Barbaros
poterat, & amicorum ope viginti na-
uium lōgarum classe contracta in Ita
liam proficiscitur, totamq́ Liguriæ
oram depopulatus captis aliquot na-
uibus onerarijs, & trireme vna Ciga
læ Genuēsis cum ingēti captiuorum,*

*& mercium numero remẽſo mari ad Meningẽ redijt, vnde non parum nominis & auctoritatis cùm apud alios, tum apud Turcas, quorũ opera potiſsimum vtebatur, eſt cõſecutus. Inſequenti vere ex naualibus naueis producit, ſumma induſtria armat, remigium ſupplet, triremes treis adijcit, ſagittarijs tormentisq; complet: claſſe ſic inſtructa naueis ex inſula educit, oramque Liguſtici maris & Iberici percurrens, plus certe cladium, quàm ſuperiore æſtate intulit. Nam præter captiuorũ turbam, triremem vnam Rhodiam tempeſtate ac ventorum vi in Pithecuſam, quæ Iſchia dicitur, deiectam, qua magna vis auri & argẽti importabatur, cepit, cùm ipſe prædandi cauſa in eam inſulam veniſſet: quod herclè fortu-*

*næ*

næ nimium ei indulgēti tribui potest. Vix enim contingit Rhodias vel deprimi, vel capi: tanta est militum illius ordinis virtus, & rei naualis exercitatio. Id cùm Andreæ Auriæ maximo Cæsareæ claßis Præfecto nunciatum esset, maturat ex Geuuensiū portu exire, viginti triremium numero omnia maria lustrat, Prædonē quærit, vt cū eo decertet. Qui tametsi est admodum callidus, & longo rerum vsu præditus, tamen cauere non potuit, quin in conspectum Cæsareæ claßis veniret: quē conspicatæ triremes nostræ in eū sese incitauerūt: sed ille earum impetum metuens ex alto refugit, interuentu beneficioq́ noctis euasit, & in Meningem cū omni præda se recepit, ibiq́ hyemare constituit. Ineunte proximo vere animum

*admaiora adpulit, Aphrodisium, vt supra demonstratum est, cepit: ibi aliquandiu commoratus cothonem expurgandum curat, aggere & propugnaculis muniri iubet, trecētos Turcas oppido præsidio relinquit, his præter oppidanos adiungit quadringētos Mauros, quos ex agris coēgerat, quibus omnibus Turcam quēdam Sororis suæ filiū præficit vnà cū Halete viro strenuo, qui nomen cū religione mutauerat. His oppidi custodia commissa, omnibusq́ rebus cōstitutis, nactus peridoneā ad nauigandum tempestatē naues Aphrodisio soluit, & in Hispaniam contendit. Erant numero quadraginta septē, partim Liburnicæ & actuariæ, partim biremes & triremes, adiūctis aliquot nauigijs speculatorijs. Nemini dubium*

*erat,*

erat, quin hac classe Dorgutes insignem calamitatem Christianæ Reipub. illaturus esset, his præsertim insulis, & maritimis ciuitatibus, quæ Carolo quinto Cæsari parent: quod, ne accideret, cùm Auriæ renunciatũ esset, quàm celerrimè præcauendum putauit: intelligebat enim dignitatis suæ esse, hominem ferum, & barbarum comprimere, neq; ferẽdum esse, in cõspectu penè ipsius liberos, & coniuges in seruitutem abduci, populationes fieri, & vicos, oppidaq; incẽdi, naues deprimi, & capi. Videbat etiã maximè periculosum Neapoli, & Siciliæ fore, piratam finitimũ habere: propterea quòd id oppidum, cuius imperium ipse obtineret, cõtra Siciliam est, in quod, siqua vis vrgeret, tanquam in tutissimum portum, se reci-

*pere poſſet. His rebus Auria adductus, triremes ex naualibus educi, cohortes Hiſpanorum, quorũ opera ſuperiore æſtate vſus fuerat, ex Inſubria euocari, & omnes ad Spediam, quod oppidũ eſt Liguriæ in ſinu Ericis, Specia vulgò dictum, conuenire iuſsit. Erãt hi milites, quos Didacus Ferdinandus Morerela, Rodericus Paganus, & Amadorius Nauarrus in Hiſpania Betica conſcripſerant. Quos etiã Philippus Princeps, cùm ex Hiſpania in Galliam Belgicã contẽderet, triremibus conuexerat: eóſque vt præſidio ei tractui eſſent, quẽ Malamſpinã vocant, reliquerat. Vnde militari Hiſpanorum more nomẽ illis à Malaſpina inditũ, qui ex præſidijs & ſtationibus cohortibus nomẽ imponere ſolet. Omnibus rebus ad*

*naui-*

*nauigādū paratis Auria ex Genuensiū portu viginti triremiū classe Spediā delatus milites, quos euocari iusserat, inuenit: eorū ordines hi ducebāt, quos paulò antè recēsui, sub Ferdinando Lupo Lusitano militū Tribuno. His omnibus triremes conscendere iußis nono Cal. Maij Spedia profectus, tribusq́ ad Liburnum Thusciæ portum adiunctis triremibus Cosmi Medicis Florentinorū Principis, quatuorq́ Iulij III. Pontificis Max. ad Pyrgos veteres, in quas nulli milites extra ordinem impositi fuerant, Neapolim pridie Nonas peruenit. Ibi Garsias Toletus, & Antonius Auria vnà cum Neapolitana classe, quæ Cæsaris stipendijs merebat, se illi adiungunt: quingētis Hispanis, quos ex Neapolitano præsidio eduxerant, in*

*tredecim triremes impositis. Neapoli biduum Auria moratus Panhormū septimo Idus Maij adpulit, auctoq́ue triremiū numero decē Siculis, quibus Berēgarius Requesentius præfectus erat, & quatuor Rhodijs: cùm intelligeret Dorgutem re frumētaria, & cōmeatibus premi, statuit eò cursum dirigere, quò ratione etiam cogente ipsum recurrere erat necesse. Itaque Panhormo soluēs quinquaginta quatuor triremium instructissima classe maria circuit, nihil intactū, quò prædoni occurrat, relinquit. Sed neq; in his locis, ad quæ fama erat ipsum attigisse, inquirendo Auria reperire potuit. Hinc in Mauritaniam transit, oráq; Africæ præterlegens perspecto Aphrodisij situ, in Monasteriū renauigat, quod oppidū firmissimo Tur-*
*carum*

*carum & Maurorum præsidio tenebatur. Id enim Dorgutes operam dare, ad id incũbere, totisq́ viribus contendere, vt oram illam Africæ occuparet, imperium protraheret, Aphrodisium arcem regni, caputq́ constitueret. Eò cùm Cæsarea classis appulsa fuisset, & Turcæ nostros aquatione prohibuissent, Auria & Toletus expositis militibus Monasterium oppugnare cœperũt, atq; strenuè se defendentibus Turcis tormenta educi, muros quati, irruptiones fieri iusserunt: acriter vtrinq; pugnatum est, quoad Hispanorũ impetũ oppidanis non ferentibus oppidum captum est, & militibus prædæ datũ. Cæsi sunt ex hostibus circiter trecẽti, capti mille & ducenti, ex nostris centũ quinquaginta partim interfecti, partim vulnera*

*ti: in his Morerela graue vulnus accepit. Hoc detrimentum nostris illatum est, quòd à principio oppugnationem parui duxerant, tormentáq; expediri neglexerãt, ex quibus aliquot diruptis magnum incommodum acceptũ est, nonnullæq; triremes afflictæ, ac primaria Caroli Aragonij Terræ nouæ Marchionis depressa, nihilq; ex ea præter remiges & tormẽta reliqui factum. Capto Monasterio Auria Aphrodisium oppugnare statuit: sed antequàm id tentaret, dignũ duxit ea de re Ioannem Vegam Proregem certiorem facere: qui ex legatione, qua apud Summum Pontificẽ non minore gratia, quàm auctoritate Cæsaris nomine pfunctus fuerat, Siciliã cum imperio obtinebat: cuius singularis prudentia magno rerũ vsu perspecta,*

*specta, animiq; magnitudo nemini nõ erat cognita. Dum hæc in Africa geruntur, Dorgutes totam ferè oram Iberici maris percurrẽs & oppidum, cui nomen est Sancto Ioanni, non procul ab Alicanto, quod plærisque Illicen, nonnullis Alon esse videtur: & Culleram, quam docti Sucronem putant, in Valentinorum littore diripuerat, paruumq; hominum numerum, cùm imprudẽteis, inopinanteisque inuasisset, in seruitutem abstraxerat. Inde ad Ebusum, & Baleares insulas deflectens, cùm Polentiã maioris insulæ vrbem de improuiso sub quartam vigiliam adortus esset, insulani seminudi, correptis armis, maiorum virtutis non immemores fortissimè Turcas repulerunt, recuperataq; præda, multis etiã interfectis*

*eos*

*eos ad naueis vsque insecuti tantum cladis Dorguti intulerũt, vt reliqui piratæ, qui id temporis sub ipso prædabãtur, animo cõsternati, alius aliò discedere, relictoq; eo in sua se quisq; recipere decreuerint: quòd plus iacturæ quàm lucri se fecisse intelligerent. At Dorgutes nullis casibus fractus decem & septẽ nauibus, reliquæ enim iam abierant, Neapolim, Siciliamq; præteruectus, cùm Aphrodisiũ deferri nõ posset, propterea quòd à nostris hoc tempore obsidebatur, ex alto prospectabat, si quam ex onerarijs nauibus, quibus ex Sicilia frumentum exportabatur, impetu facto interciperet, quo eius diei detrimentum sarciret. Dum ad hæc animum intendit, conspicatus quinque triremes, quæ Aphrodisio Neapolim trãsibant,*

*ibant, atque existimans eas reliquas Cæsareæ classis anteire in Meningē profugit. Interea Auria capto Monasterio, & Aphrodisij situ diligenter perspecto animum induxerat oppidum obsidere, acnō, nisi expugnato ipso, abire. Videbat enim malū indies ingrauescere, Dorguti vires crescere, potentiam augeri, neque è re Cæsaris, & Christianorum esse, illic Prædonem imperij sedem habere. Ob eas causas vt ad Guletam eius ore munitissimam arcem classe venit, quā Cæsar, cùm primum in Africam traiecisset, pulsō fugatoq; Ænobarbo, expugnauerat, captoq; Tunete Mulæiū Hazeniū in regnum restituerat, cōuocatis Præfectis, & Cēturionibus, atque in his Ludouico Perezio Varga clarissimo ac fortissimo viro, qui arci*

*arci præerat, sententiam suam exposuit, multáque in eam dixit plena consilij & prudentiæ: qui, cùm ei plærique assentirent, paucis contrà sentiẽtibus, concilium dimisit. At Garsias Toletus Petri Neapolitanorum Proregis filius, qui in Auriæ sententiam ierat, ipsum adit, hortatur, vt in sententia perstet, pollicetur se Reipub. non defuturum: quinetiam si viginti quinque triremes sibi attribuantur, Neapoli supplemẽtum Hispanorum, commeatum, & omnia, quæ ad oppugnationem necessaria essent, transportaturum. Propterea quòd id, de quo Auria ad omnes retulisset, non ita difficile factu esse inquirendo reperiret: ad hæc intelligeret nõ parui Cæsaris referre, Prædonẽ coërceri: neque decere mare clausum esse: ad*

*portus & insulas aditum non patere: delendam esse Christiano populo hanc maculam tot oppidis direptis atque exustis susceptam: dandam operam, ne plus detrimenti Respublica caperet: id fieri non posse, nisi Aphrodisio expugnato, ne eò Dorgutes se recipere posset. Toleti sententiam Auria probat: quod offert, libentissimè amplectitur, eumque dignissimis, vt par erat, laudibus ornat, fidem, integritatem, animique magnitudinem iam vsque à maioribus partam, & cum maximo rerum vsu coniunctam pro concione collaudat. Ad hæc Ferdinãdũ Vegam Ioãnis filium ornatissimum Equitẽ, qui vnà cum Aluaro fratre insigne virtutis specimẽ ad Monasteriũ dederat, accersiri iubet. Quid Toletus*

*letus promiserit, exponit, hortatur, vt in Siciliam ad Ioannem Vegam patrem literas perferat, eumq́ cōmonefaciat, vt pro dignitate sua Reipub. hoc tempore deesse nolit, rem perfacilem factu esse, neque se ambigere, si huic expeditioni ipse adsit, quin prosperum successum sit habitura. Praeterea videret, quantum Caesaris & Christianae Reipub. interesset, oppidū illud pulso Praedone expugnari: quod si ita faciendum decerneret, ea iam tum cōparare inciperet, quae ad tantam rem vsui fore cognosceret, nihil dum enim comparatum esse, Vegamq́, vt huius cōsilij ignarum, summa apparatus omnium rerum inopia laborare Auria sciebat: propterea quòd, cùm ipse classe Panhormū praeteruehertur, certiorē eum fecerat,*

*nihil*

*nihil magis sibi in animo esse, nihil antiquius ducere, quàm eo anno Dorgutem bello persequi, atque ei occurrere, ac cum ipso decertare. Cum his mandatis Ferdinandum dimittit, is in Siciliam traijcit, ex literis, quid in animo Auria haberet, Vega percipit, & quid fieri oporteret, à Ferdinãdo filio admonetur. Quibus rebus Vega adductus Ioannem Osorium Quignonium custodiæ suæ Præfectũ ad Auriã mittit, vt ex eo, quid fieri vellet, certius cognosceret. Ille ad Larunesias insulas, quas Cunicularias vocãt, passuũ viginti millia ab Aphrodisio ipsi occurrit, quid in mandatis à Vega haberet, exponit. Auria eadem, quæ Ferdinãdo Vegæ dixerat, repetit. His adiungit, se quàm auidissimè aduẽtum eius expectare, tantiq;*

*facere, vt sibi persuaserit omnia, si modo ipse intersit, ex sententia successura. Postremò orare, ne tãtæ rei occasionem abire sineret: futurum vt conspectu, auctoritateq́ tanti viri omnes incitarentur, & militum animi confirmarẽtur. Hæc cùm in mãdatis Osorio dedisset, statuit viginti septem triremibus, quas tantummodo habebat, in Siciliã transmittere, vt præsens hac de re cum Vega ageret, quæ res multũ incõmodi nostris attulit. Nam hoc tempore onerariæ tres naues ab Alexandria vsque cum magno propugnatorũ, & cõmeatuũ numero Aphrodisium ingressæ fecerunt, vt non tam facile oppidum ab Hispanis expugnari posset. Auria simul atque Drepanum applicuit, statim Marcum Centurionem cum tribus*

*bus*

*bus & viginti triremibus Panhormum misit, vt & cõmeatus hac classe supportaret, & Ioãnem Vegam dum ipse vellet, deduceret. Qui cùm intelligeret, quanti referret, ne Aphrodisium in potestate Dorgutis esset, non amplius sibi cunctandum existimauit, quin confestim omnia ad profectionem compararet. Itaque duabus nauibus re frumentaria, & commeatibus onustis, & Ferdinando filio Siciliæ Proprætore relicto, cui mandauit, vt magnum numerum eius panis quo nautæ vti solent ad vsus diuturnitatem excocti, & pulueris tormentarij, & aliarum rerum, quas nostris vsui futuras intelligeret, conficiendum curaret, vt si res vrgeret, omnium copia suppeteret, triremes conscendit, & ad quintũ Cal. Iulij Dre-*

*panum prouectus Auriam simul & Toletum inuenit. Qui eo die Neapoli reuersus, septem Hispanorum cohortes, præter tormenta, puluerẽ, plumbum, materiam, & id genus alia aduexerat. Erant hi milites veterani, quorum opera & virtus multis varijsque bellis Cæsari explorata erat: quibus sub Ferdinando Toleto militum Tribuno præpositi erant Ioãnes Mendocia, Bernardinus Corduba, Melchior Zumarraga Segouiensis, Alphonsus Pimentellus, Belcazar, & Brizenius: his accedebant, qui sub Ferdinando Lupo Tribuno stipendijs merebant. Aluarus Vega & Bernardus Solerius duabus cohortibus præerant, quæ etiam ex Siciliæ præsidijs deductæ ad Monasterium pugnauerãt: quibus adiunctæ erant*

*aliæ*

*aliæ duæ, quas Vega ex his militibus conscribi curauerat, qui plenis in Insubria & Neapoli cohortibus, in Siciliam, vt stipendia facerent, transierant: hos Ferdinandus Sylua & Petrus Acunia ducebant. His quindecim Hispanorum cohortibus adiecta fuerat cẽturia vna Græcorum, quos eius gentis Centurio quidam vir fortis, permittente Vega, delectu habito conscripserat. Erant extra ordinem ducenti milites ordinis Hierosolymitani, partim Germani & Hispani, partim Itali & Galli: neque alij sunt admissi, his exceptis, qui in triremibus merere solent. Omnibus rebus ad expeditionem constitutis nacti secundum ventum triremes conscendunt, quarum numerus erat quinquaginta trium. His nonnullæ Liburni-*

*cæ & actuariæ cũ tribus onerarijs ac cesserant, ex quibus vna vino onusta ex portu educta fuerat. Hac classe in Æthusam, quæ nũc Fauiana appellatur, delati Aphrodisium die tertio, is fuit ad sext. Cal. Iul, quo Drepano soluerãt, peruenerũt, cõuenitq́ inter omneis, vt postridie eius diei Vega milites in terrã exponeret, duplicíq́ acie ĩstructa in oppidũ cõtẽderet, locũq́ castris idoneũ deligeret: Auria verò rebus maritimis præesset, easq́ administraret. Postero die Vega, qui summã imperij pedestriũ copiarũ tenebat, milites exponit, aciẽ instruit, et in oppidũ cõtẽdit: dextrũ cornu Toletus tenebat, id ex veteranis erat, quos ex Neapolitano præsidio eduxerat. Sinistrũ, cui Vega præerat, ex his cohortibus erat, quæ ex Insubria fuerant euocatæ,*

*tæ,*

*tæ, atque ex Siciliæ præsidijs deductæ: claudebant agmen Hierosolymitani milites excellēti virtute. Vbi paulum processum esset, Vega aciem consistere, milites eum locum vallo fossáque munire iussit, in quem frumentum, commeatus, & res bellicæ omnes ex classe educi, tutóque reponi possent. Quod opus summa militum alacritate ac studio quatuor horarum interuallo perfectum est. Hic Bernardo Solerio cum vna cohorte, vt ei munitioni præsidio esset, relicto, rursus acies progredi, ac monticulum, qui ex aduerso erat, petere cœpit. Intereà ex oppido ingens hostium manus sese porta, de qua dictū est, vt Hispanos munitione prohiberet, effuderat. Hi cùm militibus tormentarijs, qui primum agmen præibant,*

*ibant, occurrerẽt, leuia prælia cũ eis facere cœperũt. Nostri nihilo secius pugnando pergere, dũ in mõticulum venirẽt, qui aberat ab eo loco, quo ex triremibus egressi erãt, paulominus octingentis passibus: cui cùm ad iactum manualis tormẽti appropinquarent, Vega, qui pedes simul cum Rhodiæ classis præfecto in primam aciem processerat, vidẽs præliũ redintegrari, oppidanos magno concursu eò contẽdere, ipsisq́ animos adaugeri, Morerelæ & Osorio imperat, vt cũ ducẽtis tormentarijs, quos ex eadẽ acie eduxerat, ad mõticulũ properè accurrerent, locumq́ caperent. Quo illi nullo negotio potiti sunt, propterea quòd hostes magno impetu occurrentibus nostris, sese intra oppidũ receperunt. Occupato monticulo ab his, quos Ve-*

*ga*

*ga præmiserat, sine vllo impedimento eò peruentum est, ibiq; castris positis, Toletus cum suis eam partē tenuit, quæ quàm maximè fieri potuit, oppido proxima erat: reliquum montis Vega hominibus armatis compleuit: id oppidani muralibus tormentis prohibere conati parum incommodi nostris intulerunt. Insequenti die milites castra munire, vallo fossaq; cingere, frumentum, cōmeatus, tormentaque & impedimenta ipsa, omnemq; bellicum apparatū ex triremibus educere magno studio curāt. Triduo in ea re consumpto, quarto die Ludouicus Perezius Vargas cum ea trireme, quam Auria ad Guletā reliquerat, Aphrodisium venit: qui statim vt descēdit, oppidum explorare, locumq; deligere, vbi tormenta belli-*

*ca collocarentur, cõstituit. Dum hæc diligenter perspicit, eruptione ab oppidanis facta, parum abfuit, quin telo mißili trãsfigeretur. Sed Vega & Toleto, qui non longè aberant, suppetias ferentibus, incolumis in castra reuertitur, nõnullis tamẽ ex nostris sauciatis, in his Belcazare Cẽturione globulo tormentario, qui ex vulnere paucis pòst diebus interijt. Postero die Vega sub noctem bellica tormenta duplici ordine collocari iubet, altero decem & nouẽ ingentia in editiore loco, qui aberat à muro circiter quadringentos passus: altero octo minora, paßibus paulò minus trecẽtis. Laudandum fuit hoc tempore singulare militum studium, qui cùm perpaucos haberẽt calones & seruos, ijs perinde ac vicarij succedebant, eorumq;*

*rumq; parteis ita suscipiebant, vt nec interdiu, nec noctu ab opere cessarēt: tantumq; labore & industria sua efficerent, vt perfectis munitionibus, milites non plus centū passibus à muro commodè tutoq; in stationibus essent, nihilq; à manualibus tormentis, quorum magna vis in oppido erat, timerēt. Dum hæc ab Hispanis fiunt, hostes ex oppido erumpunt, et ad munitiones vsq; progressi coniectis telis, perpaucos ex his, qui operi erāt destinati, vulnerāt, seq; ad suos recipiunt: rursus breui interiecto spacio, magno concursu irruunt, sed fortissimè à nostris propulsi, multis eorum interfectis & saucijs, in his quodam Turca, qui & virtutis & generis summa nobilitate cæteris præstabat, se aliquot dies oppido continent. Eodem*

*dem*

*dem die, quod memoriæ prodere dignißimum eſt viſum, Miles quidam Hiſpanus inſignem laudem retulit: qui ſoluto tormento, quo manu vtebatur, vnde milites tormentarios vocamus, Turcarum inſolentiam & audaciã nõ ferens, diſtricto gladio, ſportula ſiniſtra manu pro clypeo arrepta ex munitionibus deſiluit, atque in eã partem, quæ cõfertißima viſa eſt, irrupit, tãtoq́ impetu hoſtes inuaſit, vt terga vertere, cõpluribusq́ vulneratis, ipſos regredi, quà exierãt, cõpulerit: incolumisq́, altero tamẽ fœmore leuiter ſaucio, in caſtra reuerſus, à Vega eſt collaudatus, duplicíq́ ſtipendio, aureiſque donis amplißimè donatus. Intereà dũ hæc leuia certamina fierẽt, cõplures globi in murũ cõijciebãtur, partim his tormẽtis, quæ in editiore*

*tiore loco, partim alijs, quæ propius ab oppido disposita erant. Quin Hispani milites, cùm in agros excurrerent, quotidianis penè prælijs cum Arabibus decertabant, neque ea intermiserunt, donec de ineunda societate cum Cidiarse agi cœptum est. Cuius pater, cùm quædam de Machometana secta, siue potius impia fraude immutasset, nõnullaq; inuenisset, atque in ea instituisset, regnum in ciuitate sua occuparat, omninoq; à Tunetensibus, sub quorum erat imperio, defecerat. At Cidiarses, defuncto iam patre, potentior factus, vt sunt mortaliũ res, se eius ciuitatis, quæ Carruanum dicitur, Regem appellauit, habuitq; tunc sub signis cùm Aphrodisiũ obsideretur, ad quindecim Arabum millia. Neq; parũ momẽti ad eã rem*

*rē, vt is cū nostris fœdus percuteret, Mulæi Hazenij Tunetensium Regis aduentus fuit, qui à filio effoßis oculis, regno pulsus in Germaniā ad Cæsarē confugerat, atq; inde in Siciliam ad Vegā missus cū eo Aphrodisiū venerat. Vargas etiam Hametum Hazenium Regis filium, & Xarifum Maurum spectatæ inter suos fidei, et summæ auctoritatis hominē ex Guletana arce adduxerat. Qui cum Cidiarfe ita prudenter egit, vt magno nostris emolumēto fuerit. Nam octauo die, quo Cæsarea claßis Aphrodisium appulsa est, circiter bis mille & quingenti Arabes Tunetis, & Carruani Regum socij in castra venerunt, pecoreq; & alijs commeatibus nostros iuuerunt, quorum præfectis Vega magnam copiam frumenti, vt*

*inter*

inter suos distribueretur, metiri iusſit. Qui cùm id eſſet anni tempus, quo frumentũ cõquirere, coẽmereq́ ſolẽt, & quòd natura leues, fideq́ parũ integra ſunt, decẽ dies in castris cõmorati, ne vlla quidẽ ſui reddita ratione, diſceſſerũt. Interim Mauri, qui erant in agris, cũ noſtris, quoties lignatũ irẽt, leuibus prælijs cõtẽdebãt: ſed parum, niſi nautis, & calonibus officiebãt, atq; adeò his, qui temerè castris excedebãt. Fiebat autem lignatio ex vetere oliueto crebris arboribus cõdẽſo, quod à castris paulò plus mille paſſuũ aberat. Sub idẽ tempus Mulæius Hazenius Tunetenſiũ Rex in grauẽ incidẽs morbũ deceſſit: cuius corpus poſcẽte ad ſepulturã Cidiarſe Carrua nũ à Vega miſſũ regia põpa elatũ eſt, atq; in fano ex ritu patrio repoſitum.

Quinque

*Quinque etiam triremes, quas suprà commemoraui, Neapoli reuersæ tan tùm cohortem vnam Hispanorũ, cui præfectus erat Oribela Valentinus, & ea, quæ ad conficiendum tormentarium puluerem erant necessaria, transuexerunt. Cigala verò Genuensis, qui sub Cæsare merebat, ex Guletana arce, ad quam cum duabus triremibus missus fuerat, tormenta quatuor bellica, & magnũ numerum tormentarij pulueris, & globorum supportarat. His rebus effectum est, vt oppugnatio redintegraretur, longèq; maior globorum vis in murum emitteretur. Sed nec ita res ex sententia successit, etiam si nostri continuos octo dies à concutiendis muris nunquã destitissent, eò quòd firmiores essent, quàm ab initio oppugnationis arbi-*

*trati*

*trati fuerant, ita calce ac cæmentis, aliaque peruetere materia extructi, vt dictu haud facile sit, quàm laboriosa difficilisq; eorũ demolitio esset. Erat magno nostris impedimẽto murus, qui altitudine duodecim pedum, quinque & viginti passus in longitudinem ab altero aberat, quem interiorem dixeramus. Hoc autem spacij, quod ab vno ad alterum murum pertinebat, diligentißimè à Turcis asseruabatur, maximeq; communiebatur, perducta inter vtrunq;, vt suprà demonstratum est, altißima fossa, adiectis etiam à lateribus propugnaculis: quò fiebat, vt arduus ascensus esset, neminiq; ad irrumpendum nisi summo cum uitæ discrimine pateret. Dum hæc vtrobiq; geruntur, ex duobus perfugis, quorum alter ex*

D Guleta

*Guleta metu Vargæ profugerat, ne perfidiæ, quòd à Christiana religione defecerat, pœnas lueret, cognitũ est oppidanos sedulò operam dare, totóque animo, totisq; viribus adniti, vt murum, qui bellicis tormentis discutiebatur, aggeribus, foßisq; introrsus munirent: omnem ætatem, omnem sexum laborare, ad id incumbere: quicquid interdiu deijceretur, de nocte expurgare, ac reficere: nullum à labore tẽpus intermittere, quò paratiores, firmioresq; in hosteis essent. Postremò centum & quinquaginta Turcas & Mauros in ipso pomœrio, occlusa oppidi porta in armis excubare. Hoc cùm Vegæ renũciatũ esset, conuocato concilio, quid ex perfugis comperisset, proponit. Nonnulli, quorum prudentia, reíque bellicæ*

*vsus*

*vsus erat singularis, irrumpendum non esse existimabant, quòd ea pars, qua nonnihil muri deiectum erat, difficili arduoq; ascensu esset, neque decere, nisi summa vis adigeret, milites periculis offerri, neq; eorum sanguine abuti debere, qui maxima cum laude tot bella Cæsari confecissent: satius securiusq; esse sexcentos milites in pomœrium irruptionem facere, ac si fieri posset, ad internecionem excubitores cædere, scalisq; muro admotis, eã turrim, quæ à latere sinistro in occidentẽ solẽ spectat, occupare: cuius bona pars frequentibus tormentis diruta iam esset, videreturque omnino ab oppidanis destituta, quòd nulli tormentarij globi ex illa, sicuti ex alijs in castra emitterentur, neque vlli in ea propugnatores, vt anteà, apparerent.*

*rent. Quòd etsi magna ex parte his assensum est, tamen non defuerunt, qui sentirent non esse hæc simul aggredienda: eos magnũ discrimen subituros, qui occisis pomœrij custodibus demolitionem etiam muri perspicerent: periculum esse, ne si irruptio noctu fieret, pessimè nostris cederet. At Vargas, qui scientia militari longo bellorũ vsu parta clarissimus habebatur, censuit sub quartam vigiliam irruendum esse, idq́ue multò tutius commodiusq́ue fore, multis magnisq́ argumentis persuasit. In cuius sententiã, cùm ab omnibus itum esset, Vega statuit, vt tres signiferi cũ trecentis militibus absq́ signis pomœrium irrumperent, excubitoresq́ iugulandos curarent, & Zumarraga vir manu promptus, cum quinquaginta*

*ginta ex suis murum, qui globis tormentarijs concussus fuerat, interim exploraret. Pimentellus verò cum ea cohorte, quam ducebat, simul cum illis impetu facto, scalis muro admotis, eam turrim, de qua paulò ante dictũ est, caperet: sed hæc res à nostris frustra tentata infelicem exitum habuit. Nã ab his, qui in statione erãt, fortißimè sunt repulsi quinque ex nostris interfectis in his Brizenij Centurionis signifero, & vno aut altero capto: lõgeq; maius incõmodum acceptum fuisset, nisi milites, signo recipiendi dato, constitissent, seque in castra contulissent: vsque eò fossa & propugnaculis intra pomœrium Turcæ communiti erant, vt nulla vi perrumpi possent. Qui abscißis hostium capitibus, & in hastis suffixis super*

*muro, vt è castris conspicerētur, trophæum ex eis statuerunt. Posteaquā Vega murum adeò munitum, ascensúque perdifficilem esse vidit, neque oportere eò irruptionem facere, ac nihil earum rerum superare, quæ ex Neapoli, Siciliaq́ & Guleta ad discutienda demoliendaq́ mœnia deportatæ fuerāt, constituit, vt sine mora Antonius Auria vir & consilij magni & auctoritatis in Siciliam cum decem triremibus traijceret, diligenterq́ue operam daret, vt ex edicto, quod ipse iam præmiserat, magnum numerum commeatus, & bellicarum rerum ex ciuitatibus, oppidis, arcibusq́ munitissimis cogeret, atque his in vnum locum contractis, & in triremes impositis, quàm celerrimè Aphrodisium renauigaret. Quod ab eo*

*non*

*non minore cura, ac diligentia, quàm prudentia præstitum est. Nam præter id, quod ipsi impositum fuerat, cohortē etiam vnam Hispanorum adduxit, quam Ioannes Guzmānus ex Ferdinandi Vegæ Proprætoris sententia conscripserat. Marcus etiam Centurio, cum alijs decem triremibus ab Auria Genuam est missus, vt ex Insubria supplementum, puluerem, glandes tormentarias asportaret. Id cùm ex Auriæ literis intellexisset Ferdinandus Gōzaga Princeps Molphetanus rerum gestarum gloria, & generis splendore illustris, & maximus Insubrum Præfectus, quiq; in reliqua Italia summam imperij militaris tenebat, iussit tres Hispanorum cohortes, quibus Hieronymus Manricus, Solizius, & Antonius More-*

*nus præpositi erant, triremes cõscen-dere, adiuncta etiã ea cohorte, quam postea Vega Gaspari Guzmanno du-cendam dedit. A Genua & Luca, itemq́ Florentia ingens pulueris tor-mentarij, ac reliqui apparatus belli-ci vis aduecta est. Interim ex Sicilia cõmeatus, ligna, & cætera materia, quarum rerũ vsus nostris plurimum cõtulit cùm in muniendis castris, tum in machinis faciendis solo præsertim sabuloso, nauibus onerarijs supporta batur. Antonio Auria & Centurio-ne profectis Vega à Cidiarse certior factus Dorgutem pedestribus copijs oppidanis subsidio venire castra con-trahit, multoq́ angustiora facit, val-lis & aggeribus cõmunit, campestria tormenta in his disponit, perducta ab ea parte fossa, quæ sub monte in occi-*

*dentem*

*dentem solem spectat, quã etiam ipse obtinebat, patebatq́ in latitudinem sexcẽtos passus: frons verò, quæ è regione oppidi erat, paulò plus ducẽtos: totidẽ vtrunque latus, quod mare cõplectebatur, in longitudinẽ habebat. Toletus id loci, quem ipse cum suis in planitie tenebat, quíque à frontis vallo, vbi milites in statione erant, nõ amplius quadraginta passus aberat, intra quem etiã tormenta bellica, quibus globi in murũ emittebantur, suis quæque cratibus & loricis collocata erãt, tribus ex partibus vallo & fossa in spiræ speciẽ circunduxerat: reliqua verò pars à mari, quæ ad Meridiẽ vergit, patebat. Erat oliuetũ, vt suprà demõstrauimus, ex quo lignatio fiebat, & magnũ vsum ad eas munitiones cõficiendas nostris suppedi-*

*tabat, non procul à castris, sed nihilo minus leuia prælia inter lignandum conserebantur: quòd Mauri lignatione Hispanos prohibere conarentur. Quibus vndique concurrẽtibus, & nostris ad vndeci. Cal. Aug. lignationem facientibus, acrius vtrinque quàm superioribus diebus pugnatum est. In eo prælio Aluarus Vega, cùm ab acie simul cum aliquot tormentarijs militibus cupidius hostes insecutus aliquantũ processisset, in summũ discrimen venit: in quem si frequentes hostes irruisset, ne subueniri quidem ei ab his, qui in primo agmine erant, nedum ab alijs potuisset. Quod ægreferẽs Vega pater, grauiterq; filio succensens statuit primo quoque tempore vnà cum militibus lignatum ire. Is dies erat Iacobo Apostolo Hispanorum*

*ſpanorum Præſidi ſacer, quo neceſſe erat aggeris petendi cauſa in oliuetũ ire, quo etiam die multo maior numerus peditatus & equitatus hoſtiũ in agris, quàm proximis diebus fuerat viſus. Id cùm Vegæ nunciatum eſſet, tres cohortes ex caſtris producit, & quia admodum erãt diminutæ, quòd vulneribus, & morbo complures impedirentur, ex alijs ſupplendas ſibi exiſtimauit. Erãt milites numero circiter octingẽti, his adiungit calones, & ad ſeptuaginta Siculos, qui extra ordinem militabant, eos Vega conuenire iuſſerat, vt caſtris, cùm reſpoſceret, vſui eſſent. His conſtitutis Garſiam Toletum cum reliquis cohortibus præſidio caſtris relinquit, acieq́ instructa, & Siculis, vt calones ſubleuarẽt, ſine armis ſubſequi iuſſis in oliue-*

*oliuetum cõtendit. Claudebant aciem ab vtroque latere aliquot tormentariorum manipuli. Ac cùm iam in conspectum olíueti cohortes leniter venirent, hostes se ostendere, sub primum agmen succedere, nostrosq́; prælio lacessere cœperunt. Vega milites cohortatus, vt hostium impetum fortiter sustinerent, pugnandoq́; iter facerẽt, cõmittendi prælij signum dedit. Mauri paulatim cedere, nostrosq́; eò, vbi collocatæ erant insidiæ, vt circũuentos aggrederentur, elicere ac protrahere. Et cùm nõ longius ab olíueto, q̃ quo telum adijci posset, abessent, Vargas, qui eo die dextro cornui præerat, cupiditate Mauros insequendi ductus cum tormentarijs, qui in eo erant latere, plus quàm oportuit, processit. Sed illi identidem in oliuetum*

*ad suos se recipere, & rursus in nostros impetum facere. Cùm eò peruentum esset, ingressis nostris, ac calonibus, & Siculis ramos succidere, et ab opere, ne in ipsa quidē pugna desistere à Vega iussis, subitò hostes ex valle, quæ ab oliueto centū quinquaginta passus aberat, vbi abditi latebant, omnibus copijs prouolarunt ad numerū quinquies mille Turcarū & Maurorū: ex quibus, vt ex Rhuspensibus posteà cōpertum est, octingenti erant tormentarij, ac sagittarij, & equites ducenti, qui confertissimo agmine nostros ab vtroque latere aggressi, cùm primum cōtinenti glandium emissione excepti fuissent, paulum constiterunt: deinde vnà cum equitatu aperto latere magis magisque instare, ac cohortes circumuenire cœperunt. Et*

*quàmuis*

*quàmuis fortißimè nostri hostibus resisterent, impetumq́ sustinerēt, tamen quòd ea pars ijs tormentarijs esset nudata, quos Vargas eduxerat, maximè premebantur. At hi quorum virtutis opinio erat singularis, aduersis hostibus occurrebant, suisq́ præsidio erant, ac fortißimè cadebant. Vega cùm à sinistro cornu milites esset cohortatus, ad dextrum incredibili celeritàte decurrit. Illic enim milites vrgeri, penè circumuentos teneri, cursu ac laßitudine ferè exanimatos, vulneribusq́ confectos: & Palomarium Ferdinandi Lupi Tribuni signiferum cum alijs septem fortißimis viris interfectū, remq́ propè conclamatam esse audierat. Ibi vt vidit hostes eò acrius instare, ac concurrere, quòd quasi partam iam & exploratam*

*ratam victoriā putarent, cum ea armatorum manu, quam custodiæ causa ducebat, ita Turcarū vim repressit, vt milites sese colligere, ac pro se quisque in conspectu ducis, redintegrato animo strenuè operam nauare, impetumq; hostium non solum sustinere, sed retardare etiam, signáque inferre cœperint. His receptis atque animo confirmatis, dextróque in latere collocatis Vega rursus in sinistrum cum suis aduolat, id compluribus tormētarijs cōmunit, hostes pellit, multisque cōcisis, aggerē, quē ipsi fecerāt, capit. Ibi nonnullos tormētarios disponit, vt tutius in hosteis tela cōijcerent, reliquos in prima acie collocat. Ac prælio sic renouato tanta vtrinq; tormentariorum, & sagittariorum cōtentione pugnatum est, vt*

*ad*

*ad interuallum vnius horæ ab emittendis vltro citroq; glandibus nunq̃ sit cessatum. Eodẽ tempore Vargas, qui tormentariorum opera impetum hostiũ à læuo cornu represserat, propterea quòd nostros maximè vrgebant, dum eis ad dextrum laborantibus subsidio venire accelerat, sinistro latere tormentaria glande traiecto cecidit, receptusq; à suis, atq; in castra delatus vniuersum exercitum multo mœrore affecit, magnumq; sui desiderium reliquit. Fuit certè maximo nostris incõmodo tanti viri & quidẽ fortissimi, ac rei militaris peritissimi amissio. Interim dum pugnabatur, calones & Siculi magnam materiæ copiam succiderant, neque enim hac re ab hostibus prohiberi vnq̃ potuerunt, tanta fuit & ducis virtus,*

*atque*

atque animi præsentia, & militũ robur, vt eodem tempore simul pugnarent, & lignationem tuto fieri curarent. Interea oppidani non eorum ignari, quæ ad oliuetum gerebãtur, ex oppido erũpunt, in castra prouolant, ad munitiones accedunt, & tela in nostros conijciunt. Toletus milites ad arma concurrere, vallum conscendere, ac complures globos bellicis tormentis in hostes emitti iubet, qui celeriter in oppidum reiecti tantum detrimenti acceperunt, vt ab eo die nullis vnquàm postea copijs eruptionem in castra facere tentarint. Vega, interfecto ab hostibus Varga, qui strenuè ipsi operam nauarat, magnoq; auxilio fuerat, nulla in re deesse, omnia obire, & quid quoq; loco faciendum esset, prouidere, & ducis in cohortã-

*dis militibus, & in pugnando militi officia præstare, nullũ tẽpus intermittere, vt cõmuni omnium saluti prospiceret: præmißisque calonibus, & Siculis cum ea materia, quæ, cùm dimicaretur, succisa fuerat, acie instructa, nouißimoq́ agmine tormentarijs communito, atque pro his quibus tormentarius puluis & glandes deerãt, alijs suppletis, in castra reuerti cœpit. Hostes verò insolentius audaciusq́ concurrere, nostros ex nouißimo agmine premere, sublatisq́ clamoribus insequi. At Vega à prælio milites continere, ac satis habere, Turcis Maurisque resistere, aßiduaq́ glandium emißione impetum eorum ferociamque comprimere. Interea Toletus cùm ex calonibus & Siculis, qui materiam supportauerãt, cognouisset,*

*ſet, quo in loco res eſſet, quantóque in periculo & cohortes, & dux verſaretur, nihil ad celeritatem ſibi reliqui faciendum duxit: ſed cum expedita armatorum manu ad medium iter militibus occurrens non parum eos ſubleuauit, eò quòd tunc ab hoſtibus maximè premerentur. Et quanquã eius aduentu ſubſiſtere, ac ſe recipere hoſtes viſi ſunt: nihilo tamen ſecius, quòd perpauci eſſent milites, qui iam tormentis vti poſſent, cùm tormentarius puluis, & glãdes omnino deficerẽt, rurſus inſtare, atq; eos, qui in nouiſſimo agmine erãt, vrgere, cum his decertare magniſq; vociferationibus ad vallũ vſq; procurrere. Sed à tormẽtarijs propulſi, qui præſidio caſtris erant relicti, pedẽ retulerunt, atq; illò vnde egreſſi fuerãt, magno cũ detri-*
 *mento*

*mento reuerterunt. Ei prælio Dorgutē interfuisse, ac cum duobus præfectis septuaginta Turcas circiter ducentis vulneratis amisisse, atque in Meningem se contulisse ex his cognitum est, qui triduo, quo prælium est commissum Carruano venerūt. Quæ ciuitas est in mediterraneis posita, ac totius Africæ longè maxima opulentissimaque præter Tuneta eius Prouinciæ principem, abestque ab Aphrodisio millia fermè passuum triginta sex. Tum etiam illi nostris nunciauerunt equum Dorgutis fuisse in pugna vulneratum, sarcinasque & impedimēta ab ijs in itinere direpta, quos ipse à Rhuspis, quas nunc Alfaques appellant, in auxilium euocarat. Eo die ex nostris non minus triginta sauciati, & quatuordecim occisi sunt.*

*Vega*

*Vega etiã cuius singularis opera, prudentia, & excellens virtus, itemque rei militaris sciẽtia cùm in alijs, tum hoc potissimùm prælio enituit, nostrisque subsidio ac saluti fuit, leue vulnus in altero pede accepit. Quo duce Hispani milites, suprà quàm dici potest, si vnquàm aliàs eo die depugnauerunt, exiguisque copijs ingentem hostium numerum non modò fortissimè sustinuerunt, sed compluribus etiam concisis propulerunt, factaque lignatione paucis ex suis desideratis incolumes in castra redierũt. Hoc prælio facto Dorgutes magnam iacturam dignitatis & honoris fecit: multum etiam de existimatione sua, qua plurimùm cùm apud alios, tum maxime apud Cidiarfem Regẽ valebat, deperdidit. Qui statim vt resci-*

*uit ipsum ab Hispanis fortißimè a-cerrimeque, magnis etiam illatis detrimentis, reiectum fuisse, nihil antiquius habuit, quàm ut per legatos fœdus cum eis iceret. Qua re facilè impetrata sedulò operã dedit, ut pecore atque alijs cibarijs exercitus abundaret, atque ex vicis finitimis & agris, quibus ipse imperabat (latè enim iam illo tempore non solum in ciuitate sua, sed etiam in Byzacio, quã regionem tenuerunt olim Libyphœnices, dominabatur) meleagrides, oua, caryotides, & id genus alia in castra deportarentur: quam rem Mauri summa cum celeritate exequebantur. Nam prćterquã quòd ex animi sententia omnia illis dependebantur, nonnihil etiam eius panis, quo nautæ vtuntur, ut famem, qua tunc ea prouincia*

*uincia maximè laborabat, tolerare possent, reportabant. Quæ res cogebat magnam barbarorum turbã, vt aliquid à nostris extorquerent, in castra confluere. Intereà Vega dum triremes expectat, nihil non mouet, omnia tentat, cuniculos vineasq́, vt pomœrio Turcas depellat, agi præcipit. Sed cùm Ferramolinus architectus, & machinator excellens cuniculos iam prope pomœrium egisset, tormentaria glande secundum frõtem ictus fecit, scaturiente etiam in aperiendis cuniculis magna aquarum vi, ne longius procederetur. Itaque cùm cuniculi eo interfecto minus succederent, & in concutiendis mœnibus à continẽti parum proficerẽt, quòd ibi muri essent ꝙ munitissimi, visum est Vegæ eam rem à mari tẽtare ac pericli-*

*tari. Id etiamsi Auria & Toletus probarent, tamen perdifficile factu eis videbatur, præcipuè cùm triremes ad eum locum constitui non possent, vnde commodè in murum globi emitterentur, quòd illic mare breuibus esset impeditum: quòd si id fieri posset, tamen tormentis muralibus multum incommodi nostris illatum iri, quorum tantus, postq̃ pomœrium irruperant, timor incesserat, vt ea studiosè diligenterq́ue vitarent. Præterea in hanc sententiam omnes venerant, vt existimarent perquàm difficile, parumque firmum fore, murum ex triremibus tormentis concuti, neque id posse commodum aditum ad irruptionem facere. In tãta rerum difficultate Toleto ea machina in mentem venit, qua olim ad Messanam in*

*ludicro*

*ludicro certamine nauali vsus fuerat. Itaq; non amplius sibi cunctandũ duxit, quin e uestigio periculum facere ret. Huius machinationis hæc fuit ratio, duplices triremes, malis & armamentis remotis, à lateribus cõiungebat, & è regione muri collocabat, quaternisq; anchoris ex angulis, ne fluctibus mouerẽtur, distinebat. Eas firmo ac peruali do tabulato contegi iubet, vt octo bellica tormenta maiora sustinere commodè possent. Hæc ad latus quod cõtra murum erat, disponit, cratesq; & pluteos à puppi ad proram inter aggeres sic addit, vt è tormentarijs fenestris, quas instruendo reliquerat, tuto globi tormentis ipsis conijcerẽtur, & triremes simul cum machinatione facilè agi, eoq; appropinquare quò ipse vellet, possent.*

*Quod herclè opus nostri merito admirati, ac summis laudibus, vt par erat, prosecuti in maximam certissimamq́ue oppidi capiendi spem venerunt. Qua in re Garsias Toletus, vt in cæteris, quæ in expugnãdo Aphrodisio acciderunt, incredibili celeritate vsus demõstrauit, quantum dexteritate & animi magnitudine, atq; rei bellicæ scientia polleret. Per idem ferè tempus Antonius Auria ex Sicilia reuersus tantam commeatuum, et bellicarum rerum copiã triremibus conuexit, vt continuò Vega globos in murum tormentis mitti animum induxerit. Itaq; omnibus rebus interuallo sex dierũ, quæ ad oppugnationem vsui erant, cõparatis, duo & viginti tormenta maiora circiter ducẽtos passus à muro, atq; alia paulò longius*

*gius ad deturbandos hosteis ex propugnaculis collocat. His sic dispositis Andronicũ Spinosam, qui multo vsu & peritia rei tormentariæ cæteris antecellebat, quem etiam ex Sicilia euocauerat, præficit: huic Franciscũ Biuerum adiungit, qui quatiẽdis antea mœnibus operã nauarat. Ac quinto Cal. Septemb. eã turrim, quæ à mari ad portam erat, quæq; in occasum solis & austrum spectat, atque alteram à terra huic proximã tanta tormentorum vi quati iubet, vt eo die vtraque turris cum muro deturbari viderentur. Sed ea firmitudine erãt, vt parum his noceri potuerit, quàmuis continenter vndecim dies tormentis concussæ fuerint, atque in eam tantummodo turrim, quam ad occasum solis & austrum positam diximus,*

*quatuor*

*quatuor millia, & octingenti globi emissi, in alias verò ac mœnia, donec oppidũ captum fuit, ad septies mille. Verùm ea oppidanorum cura erat, vt quantum nostri foris concuterent, ac deijcerent: tantum illi introrsus fulcirent & reficerent. Quo fiebat, vt nullus irruptioni locus esset, & oppidani ex muro nostros irridere, ac contumelijs probrisq; vexare non desinerent. Tertio die, quo tormentis globi in murum cõijciebantur, Marcus Centurio cum triremibus ab Liguria reuersus maxima nostros lætitia affecit, propterea quòd Alphõsum Cueuã nobilissimum & fortissimum Equitẽ, qui in locum Vargæ suffectus erat, cum mille Hispanis militibus & quidem electissimis, ac magno cõmeatuum, & aliarum rerum numero*

*quæ*

*quæ ad bellum vsui esse solent, supportauit. Intereà milites, dum mœnia quaterentur, lignationis & munitionis causa in oliuetum ibant, crebrisq; prælijs cũ Mauris, qui erãt in agris, decertabãt. Sed nihil ad id, quod octauo Cal. Aug. fuerat summa contentione cum Dorgute factum. Erat inter Mauros quidam ex his præfectis, qui fines Aphrodisij contingunt, homo singularis audaciæ ac virtutis, is equo albo, iuba & cauda versicolore aduehebatur, eumq; triginta pedites, & octo equites sequebãtur, cum his nostros, dum in oliuetũ irẽt, leuibus certaminibus crebro lacessebat, nec deerat illi fortunæ successus. Accidit autem, vt Iordanus Vrsinus Florentinarũ triremium præfectus, qui in castris apud Toletum erat, expeditus*

*peditus in equo, cum alijs quatuor equitibus Florentinis euntes in oliuetum nostros subsequeretur. Hi lignatione facta in castra redeunt, & cùm paulũ ab olivueto progrederẽtur, Maurus, qui in insidijs erat, Vrsinum aucupio intentum aggreditur, lanceaq; infesta medium eius brachiũ magnis viribus traijcit, idq; tãta celeritate, vt manuali tormento vti ille nequiret, ac priusquàm sui ei opem ferrẽt, equo decideret, equumq́ue amitteret, quem posteà Mauri suffossum reliquerunt. Hæc memoriæ prodere visum est, vt externi homines intelligant, non cum ignaua gente bellum esse gestum: alit enim Africa viros & quidem fortissimos. Vbi nouẽ diebus tãtum muri deiectum esset, quantum ad irrumpendum satis esse videretur*

*deretur*

deretur, Toletus triremes, quæ machinationem ſuſtinebant, promoueri, ibiq; conſtitui iubet, vnde tormentis globi, quàm proximè in eam partem muri iacerentur, quæ pridie eius diei à continente fuerat deturbata. Cùm enim militibus eò irrumpēdum eſſet, quà bellicis tormentis murus et turres erant aliquantum dirutæ, neceſſe erat alterum alteri auxilio eſſe, mutuoq; inter ſe omnes iuuare. Poſtero die oppidani non neſcij quantum periculi ex nauali machinatione, vnde tormentis diſcuti muri cœperant, immineret, vehemēter contenderūt, vt eam muralibus tormentis perrumperent ac diſturbarēt: quod certè ex ſententia ſucceſſiſſet, niſi Vega & Toletus quàm celerrimè triremes in breuia agi, carinaſque figi vadis curaſſent.

*raſſent. Ex quo effectũ eſt, ne eo die amplius quatuor tormentis muri concuterentur, reliquis ab oppidanis cõtinenti muralium tormentorum coniectione deturbatis, nonulliſq; nautis occiſis, ac cæteris tanto timore perculſis, vt non modò rem tormentariã nemo gerere, ſed ne ad ipſa quidẽ tormẽta propius accedere auderet, quin etiam cuncti ea deſerere, atque omnẽ concutiendi muri curam abijcere omnino vellent. Id repentino accepto incommodo accidere cùm Vegam non fugeret, Orihelam Valentinum cum quinquaginta militibus tormẽtarijs eò miſit, vt perterritos nautas animo confirmaret, ne ſuſceptum officium deſererent. Qui ea nocte ita perrupta refici, ac bellica tormenta diſponi cũrauit, vt inſequenti die quinque maioribus*

*ioribus tormentis è machinatione, ac tribus ex ora maris tantum muri illi demoliti sunt, quantũ irruptioni sufficere visum est. Cùm verò vna esset omnium sententia, vt euestigio irruptio fieret, solus Vega eam in posterum diem differendam censuit: cuius consilium postea euentus comprobauit. Ex classe autem perquàm difficilis & incerta erat globorum coniectio. Nam cùm triremes longius propter breuia à muro cõstitutæ essent, tormentarij globi oppidum transuolabant, & triremes ipsæ vehementer afflictabantur. Ex quibus vna Toleti & quidem primaria, itemq́; altera Cigalæ Genuensis penè suppressæ, ac nonnulli ex nautis vulnerati atq; interfecti sunt. Postridie eius diei manè Auria conuocatis triremiũ Præ-*

*fectis quid fieri vellet, ostendit, monuitq́, ne quem ex classe in terrã exponi permitterent, atque vt dato ex trireme prætoria signo, quàm celeri motu oppidum eo die triremibus cingerent. Is dies erat ad quart. Idu. Septemb. nostris lõgè gratissimus. Quo item die Vega cohortes ex castris educit, atque eas hoc ordine ad irrumpendum instruit. Ferdinandum Toletũ Tribunum cum tribus ex Neapolitano præsidio cohortibus, totidemq́ ex ijs, quas Didacus Ferdinandus Morerela, Antonius Morenus, & Aluarus Vega ducebant, in eam partem muri, quæ proximis diebus à continenti deiecta fuerat, irrumpere iubet. A mari verò Ferdinãdum Lupum Tribunum simul cum militibus ex Malæspinæ præsidio in id impetũ*

*facere,*

*facere, quod è nauali machinatione pridie fuerat deturbatum. His adiũgit cohortes duas, quibus Solizius et Hieronymus Manricus præerant, totidemq́ euocatorum ex Neapolitano præsidio. Reliquas ex his duas, pariter & eas, quarum ordines Gaspar Guzmãnus & Amadorius ducebãt, in eam turrim irruptionẽ facere imperat, quæ à sinistro latere ad portã erat, cuius pars quædam diruta fuerat, cùm primum Aphrodisium bellicis tormentis quati cœpisset. Hierosolymitanis militibus permissum est, vt quò vellent, eò signum inferrent, atque impetum facerẽt. Cohortes autem, quibus Ferdinandus Sylua, Rodericus Paganus, & Petrus Acunia præpositi erant, in omnes casus paratas, atque tormentis bellicis præsidio*

 *esse*

*esse voluit, his Siculos, de quibus suprà dictũ est, adiecit. Postremo Ioannem Guzmanum & Solerium cum duabus cohortibus præsidio castris reliquit, adiuncta etiam Græcorum centuria. Aluaro Vegæ præcepit, vt dispositis speculatoribus diligẽter curaret, nequid oppidanis subsidij ex agris mitteretur. Ac siqua hostium manus aduentare, adesséque videretur, nequa eius aduentus significatio fieret, aut vllum signũ tuba dari, aut ad arma cõclamari permitteret, sed per nuncios ea de re se certiorẽ quàm celerrimè faceret. Atque in eo aggere, qui pro castris erat, quinquaginta tormentarios milites ex his, qui præsidio castris erant relicti, collocaret. Et vt singulis bellicis tormentis binos milites, qui rei tormentariæ es-*

*sent*

*sent periti, præponeret, vt si qui hostes irruerent, facilè ab his propellerentur. Rebus sic constitutis, atq; omnibus, quæ ad irruptionem pertinerent, administratis, cùm iã meridies appropinquare videretur, Vega milites cohortatus hunc esse diem, quo maximè contendi conueniret, vt aliquãdo pro tantis laboribus fructũ victoriæ perciperẽt, signũ tuba dari iubet. Hoc etiam ex prætoria trireme Auria facit, quo exaudito triremes simulatione inuadendi oppidi, vt hostes, qui murũ cõpleuerãt, dißiparentur, sese circunfuderũt. Milites verò ea celeritate, atq; eo impetu euolarũt, vt omnino viderentur, murum, turres, propugnacula, & quicquid esset impedimenti, facilè superaturi. Verùm adeò difficilis & arduus ascen-*

 *sus*

*ſus vtrinque à continenti erat, & introrſus foſſa, aggeribus & propugnaculis murus communitus, vt neq; aſcendere, neq; deſilire quis, niſi manifeſto cum diſcrimine vitæ poſſet. Sed hoc tanto periculo contempto primus Ferdinãdus Toletus Tribunus excellenti animo ac virtute vir murum aſcendit, inuentáque caſu trabe, qua Mauris à propugnaculis ad murum erat tranſmiſſus, in oppidum cum ſeptẽ ex his militibus, qui ſe ducem ſequebantur, graui iam accepto vulnere deſiluit, Gaſpar etiam Guzmãnus & Amadorius cum paucis in murum, qui ad ſiniſtrã turrim erat, irruperunt. Ibi Guzmãnus alterum ferè brachium amiſit, ceciditq; ſignifer Richelmus fortiſſimus vir. Alij verò conuerſis ſignis, quà aditus ad mare*

*mare patebat, continenti impetu irruerunt, breuia, vadosúmque mare, etiam si ab aqua tantùm humeris ac summo pectore extarẽt, superauerũt. Hos Hierosolymitani milites bellicosissimi viri sequuntur. At Turcæ & Præfecti, quibus oppidi custodia à Dorgute commissa fuerat, toto se vndique muro circunfundere, armatos disponere, nostris resistere, defessis recentes succedere cõtendunt. Oppidani etiam magno concursu aduolant, compluresque milites pertinaciter ascendentes vulnerant, atque interficiunt. Hispani tametsi periculoso genere prælij, locoq; alieno premebantur, quippe qui in fluctibus consisterent, neque manualibus tormentis commodè vti possent, quòd aquis tormentarius puluis corruptus esset, ta-*

*men omnia fortißimo animo ſuſtinebant. Alij alios propellere, receſſum primis vltimi non dare, ſed acriter incenſi diſtrictis gladijs cominus rem gerere, ac tãto impetu murum aſcendere, vt interuallo vnius horæ hoſtes mœnibus, turribus, propugnaculisq́ deijcerent, pomœriumq́ue duo millia Hiſpanorum occuparẽt. Hîc rurſus hoſtes ſe colligere, ac prælium redintegrare cœperunt. Alij cum tormentariorum manipulis nudatis etiam pectoribus manus conſerere, alij, cùm cætera tela deficerent, lapides conijcere. Hiſpani mutuò intẽr ſe cohortati hoſtes ex pomœrio pellunt, multos concidunt, cedentes loco inſequuntur, neque ſui colligendi dant facultatem. Illi in foro ac locis patentioribus cuneatim conſiſtunt, confertißimoq́*

*moq́ peditum & equitũ agmine prælium renouant. Atque ita acriter pugnauerunt, tãtamq́ virtutem præstiterunt, quãta à viris fortibus in extrema spe salutis præstari potuit. Nam quem quisque pugnando locum ceperat, eum non nisi cum vita relinquebat: quòd viderent omnem spem salutis in vna virtute positam esse. At milites Hispani pristinæ virtutis memores ferro viã aperiunt, nullumq́ consistendi locum hostibus relinquunt: magna fit vtrinque cædes, magno constat victoria, nihil oppidanis ad virtutem defuit, nemo enim nisi forti, inuictaq́ manu hoste interfecto longius progredi poterat. Tum Centurio Melchior Zumarraga Segouiensis fortissimè pugnans tormentaria glande secundum aurem traie-*

*ctus in ipso oppidi sinu occiditur. Interim etiam accidit, quod dignũ memoria visum prætermittendum non duxi. Centurione Morerela ab hostibus interfecto, signifer eius à latere ictu tormenti trãsfixus cecidit, hunc iacentem vt vidit frater, qui proximè aderat, arrepto signo interficitur: cui tertius frater natu minimus succedit, punctoq; temporis illo munere fungitur, tormentario globulo traiectus, arripit signum miles quidam vir strenuus, is similiter ab hostibus occisus, quasi per manus signum alijs manipularibus tradidit. Itaq; vexillum illud trium fratrum, & alius militis summi animi & virtutis funere constitit: quod reliqui inferre non destiterunt, vsque dum ea parte hostes submouerentur. Quorum alij magno*

*clamore*

*clamore ac fremitu, qui etiam vtrinque ſublatus per totum oppidum exaudiebatur, aditus platearum occupare, ibiq́ fortiſsimè occidere. Alij repẽtina ruina commoti, inopinato malo turbati, oppidi direptione perterriti in aliam partem ferri. Matres familiâs flentes cum liberis deorum ira perculſæ repẽte in publicum proſilire, ad cœlũ manus tendere, ad Machometi fana procurrere, eò ſe recipere, ibique proiectæ victoriam ab eo expoſcere, omnibusq́ precibus à ſuis petere, ne ſe, & cõmunes liberos hoſtibus in perpetuam ſeruitutem, aut ſupplicium dederent. Quo fiebat, vt Turcæ & Mauri audacius ſubſiſterent, ac noſtris intrepidè occurrerẽt, atque eo animo depugnarent, vt vel ſaluti, ſubſidioq́ ſuis eſſent, vel fortiter*

*titer*

*titer occumberent. Quietsi nulla vi nostris se obsistere sperabant, tamen eos sic inuadebant, vt quàmplurimos loco depellerent, nonnullosq́ interficerent, in his Pimētelli signifer fuit vnà cum alijs tribus militibus, qui inferiores ordines ducebant. Tum Alphonsus Pimētellus, & Oribela Centuriones, & signiferi Aluari Vegæ & Solizij vulnerantur. Multi etiam de Hierosolymitanis militibus cædūtur. Quo nostri acrius incitati, præsertim cùm in conspectu Vegæ et Toleti, quinetiam Auriæ, atq; adeò omnium, qui in castris et classe erant, rēgeri, nihilq́ strenuè aut ignauè factū posse celari viderent: tanta animorū & virtutis contentione in hosteis impetū fecerunt, vt ex vijs ac foro eos pellerēt, persequerētur, & cæderent:*

*omnes*

omnesq́ victoriæ potius quàm prædæ studerent, nullumq́ pugnandi finem facerent, quoad omni parte summotis hostibus omnes ad vnum aut capti, aut occisi essent. Pugnatum est à meridie prope ad occasum solis, variè acriterq́, ac tanta omnium contentione, vt nemo ferè eorum fuerit, quin vulneraretur, atque ex his fortissimus quisque interficeretur, inter quos fuit Hales alter Turcarum Præfectus, qui à Christiana Repub. desciuerat. Alter verò, quem sororis Dorgutis filium esse dixeramus, simul & trecenti Turcæ ac Mauri continenti impetu vltimas oppidi partes petiuerunt. Verùm cùm nullus esset fugæ locus, occupatis duabus turribus, vbi paulùm repugnassent, se Vegæ tradiderũt. Ex quibus septua-

*ſeptuaginta ijs militibus, qui vulnerati, & præſidio caſtris relicti erāt, cōceßit. Cigalæ Genuēſi præfectū donauit, vt eo filiū, qui apud Dorgutē in vinculis erat, redimeret. Reliquos prædæ nomine ijs militib. diſtribuit, quorū virtute oppidū eo die expugnatū eſt, nemine omnino ex his ſibi retēto, quòd exiſtimaret famam virtutis Principi viro abūdè præmium fore. Quæ res cùm Vegā omni laude dignū tū etiā multo chariorē admirabilioréq; militibus fecit. Expugnato oppido deprehenſæ ſunt in cothone naues illæ, quæ Alexādria milites, frumentū, et cōmeatus deportauerāt. Inuēta ſunt etiā quatuordecī ærea tormēta ingentia, præter alia nō pauca ex ferrea materia. Ad hæc multa atq; lauta ſupellex, & magnū pōdus argēti & auri.*

*auri. His accedebat non parua copia frumēti, cōmeatuū, cæterarū q́ rerū, quæ ad bellicum vsum erāt cōgestæ. Captiuorū numerus ad Vegā relatus fuit milliū septē. Nec nostris ea victoria incruēta fuit amplius ducētis occisis, alijsq́ q̄plurimis vulneratis, ex quibus multi posteà ex vulneribus, quòd tela veneno illita fuisse crederētur, interierūt: atq; in his Ferdinandus Toletus, & Ferdinandus Lupus Lusitanus militū Tribuni: occubuissentq́ multo plures, nisi q̄ primū Vega saucios in Siciliam deportādos curasset. Ex Hierosolymitanis militibus, qui eo die, vt solet, fortissimè pugnauerūt, tū in pugna, tū etiā nō multo pòst ex vulneribus, quæ in ea pro Christiana Repub. acceperāt, paulo plus trigintamortē oppetiuerūt. Postero*

*ſtero die Vega primùm purgato oppido, fanũ, quod ibi erat maximũ, expiãdũ, dedicãdũq; Deo Opt. Max. curat: inibiq; facta re diuina, occiſos ſepeliri præcipit, deinde oppidũ muniri, deiecta bellicis tormentis refici, foſſas expurgari, frumentũ, cõmeatusq; in oppidũ cõportari iubet. Dũ hæc Aphrodiſij geruntur, captiui quidã Græci, qui ex Meninge profugerãt, Auriæ nunciãt Othomanũ cæcũ ab altero eius inſulæ Præfecto interfectũ, quòd impenſè Turcis ſtuderet, omnibusq; officijs Dorgutẽ proſequeretur: cui etiã ipſe plurimùm tribueret, ſeq; illi vni cõmitteret: eoq; interfecto inſulanis interdictũ, ne quis Turcas exciperet, aut vlla re iuuaret. Dorgutẽ verò re intellecta cũ liberis & vxoribus, ſarcinis atq; impedimentis ſe in naues*

*rece-*

*recepisse, huc atq; illuc deerrare, neque alium receptum habere, in quo tutò hyemare possit. Hoc nuncio accepto Auria communicatis cum Vega & Toleto consilijs inita quarta vigilia cum viginti triremibus in Meningem proficiscitur, quem statim Vega cum reliqua classe subsequitur. Cùm iam Rhuspas præteruehe rẽtur, pauloq; plus triginta millibus passuum à Cercina abessent, in quam insulam Pirata se contulerat, tanta subitò tẽpestas coôrta est, vt nulla earum triremium cursum tenere posset: sed eódem, vnde erant profectæ, referrentur, Auriaq; & Vega incœpto conatuq; desisterent. Qui posteà ex Mauris compererunt, Piratam ex Meninge expulsum tota illa ora vagari, nauibusq; receptaculum quærere ac petere*

*tere, quo in hybernis tutius esset, quòd Meningitanis se cõmittere non auderet. Vega omnibus rebus, quas fieri iusserat, perfectis: mille & ducentos Hispanos cum magno tormentorum, cæterarumque rerum bellicarum, & frumenti, ac cõmeatuum numero oppido præsidio relinquit. His Aluarum Vegam filium vsque dum aliud Cæsar imperaret, præficit: eiq; mandat, vt oppidum muniendum curet: caueatq;, ne quid detrimenti ex hostibus accipiat. His prudẽter cõstitutis, omnibusq; rebus ad nauigationem comparatis octauo Cal. Octob. omnes cum captiuis, & præda, quæ cuiq; obuenerat, Aphrodisio soluunt. Verùm cùm triremes tẽpestate quatuor dies continenter afflictarentur, neque vlla earum Larunesias capere*

*posset,*

*posset, coacti sunt eôdē, vnde egressi erāt, reuerti. Rursus paucis pôst diebus ex portu exeunt, & quanq̄ nonnullæ triremes grauiter afflictæ, ac vēto dispersæ fuerunt, tamen omnes ad vnam incolumes Drepanum peruenerunt. Ibi Ioanne Vega Prorege, magno Siculorum cōcursu ac gaudio excepto, Andreas Auria & Garsias Toletus profecti, hic Neapolim, ille Genuam pridie Idu. Nouemb. incolumis est reuersus. Hac Hispanorum victoria nunciata magnus repēte terror vniuersam Africā inuasit, propterea quòd id oppidum, in quo omnem spem cuncti reposuerant, à nostris expugnatum viderent: & quo amisso, totam etiam prouinciam armis subigendam crederent, ipsámque tandem in Christianorum potestatem deuenturam*

*turam constanter affirmarent. Quod ita euenturum multi Mauri, præcipuè ij, qui ipsorum lingua Alfachij, Latina Sapientes appellantur, se ex sortibus & vaticinationibus prænouisse testabantur. Quo factum est, vt complures captiui à Machometo desciscerent, atque eò magis, vt id facerent, adducti sunt, quòd oppidum illud ab alijs frustra tentatum accepissent. Nam, vt cæteros omittam, Alphonsus Aragonius Neapolitanorũ clarissimus & fortissimus Rex, cum Tunetẽsiũ Regem prælio ad Meningẽ superatum vectigalẽ fecisset, Aphrodisiumq́; obsidere statuisset, perspecto eius situ, de expugnatione desperauit, nauibusq́ue, quas ibi extra cothonem deprehẽderat, incensis, ne tentata quidem re Neapolim se recepit*

*pit. At Hiſpani milites nullis auxilijs adiuti, nullis externis militibus, præter ducentos Hieroſolymitanos, ac totidem propè Græcos & Siculos, admiſsis, bellica virtute Neapolim, Siciliam, Sardiniam, aliasque maris concluſi Chriſtianorũ inſulas, et ciuitates maritimas liberas à Dorgute, immaniſsimo Prædone fecerunt, auſpicijsque Caroli Quinti Cæſaris Aphrodiſium expugnauerũt, quod, vt olim Barbarorum, ſic nunc Chriſtianæ Reipublicæ munitiſsimũ eſt propugnaculum.*

FINIS.

## ¶ AD CAROLVM QVINtum Cæſarem Auguſtũ Gonſalui Perezij Epigramma.

Dũ tu Germanis das leges Maxime Cæſar,
  Inq́ue rebellantes horrida bella paras,
Dũ vel cõponis nunc hæc, nunc diſpicis illa,
  Vt te diſtringit relligionis amor,
Ecce arçes Libyę tibi cedũt, Aphrica victa eſt,
  Subdit & imperio barbara colla tuo.
Nec mirũ, ſi Hiſpana cohors diſcrimina tãta
  Auſpicijs ſuperat Carolę Diue tuis.
Sed ſi parua manus abſenti Cæſare vincit,
  Quid ſi acies vultus cerneret ipſa tuos?
Inuideat Latium, ſileat iam Gallia pugnax,
  Vincendiq́ue modum diſcat ab Heſperia.
Acceptũ Hiſpanus ferat hoc tibi, tu tamen illi,
  Quòd tulit intrepidas ad tua vota manus.

## ¶ AD EVNDEM, IOANnis Chriſtophori Calueti Stellæ Encomium.

O Dea, quę Patris ſummo de vertice magni
    Orta deum Geticum
Aegide terrificas, quæ diro fulmine terras,
    Et maria alta quatis,

Inuictum

Inuictum mirare Ducē:mirare trophæa
Principis Heſperiæ.
En decus Imperij,Stygijs reuocatur ab vndis,
En rutilant Aquilæ.
Per mare,per terras victricia ſigna feruntur,
Cęſaris Auſtriaci.
Per quē priſca ſuū repetit iā Roma nitorē,
Et Latium recipit.
Quo rerū cuſtode ſalus promittitur orbi,
Quo duce porrigitur
Maieſtas illa Imperij,quà ſolis & ortus,
Occubitusq; vides.
Tu miſeris mūdi rebus fers Maxime Cæſar
Auxilium,atque pius
Relligionis amor cogit te bella ſacratæ
Horrida conficere.
Extirpas hoſteis,ne dogmata plena venenis
Inficiant populos.
Te Gallus,fortisq; Ligur,Thuſciq; ſuperbi,
Teq; potens Venetus
Horruit,& Latiū tremuit,viditq; cohortes
Maxima Roma tuas.
Ceſſerūt Mauriq; truces,Numidęq;Arabesq;.
Atque niger Garamas.
Et Tuneta vrbē vidit captamq; Guletam
Ariadenus atrox.
Te quoq; Turcarū timuêre horrēda Tyrāni
Agmina mille feri.

Quę,dũ Pannonias vastãt,dũ regna tenẽtur
Cuncta timore graui.
Trans septẽgeminũ fugerunt turpiter Istrũ
Teq; tuasq; manus.
Quinetiã ille acer fortisq; Menapius armis
Cessit,& horribiles
Tunc inuita tuas admisit Dura phalangas
Diruta Marte fero.
Imperiumq; tuum victi subiere rebelles
Cum Duce Saxonico
Germani.Cessitq; tuis victricibus armis
Supplice voce ferox
Hessorũ Prĩceps.Nã quos tua numina Cęsar
Non subigant animos?
Te Persæ,Mediq; leues,Parthiq; fugaces,
Te quoque Massagetes
Extimuit.totumq; tuis en circuit orbem
Impiger auspicijs
Hispanus,superat mõteis & flumina,priscis
Littora & Oceani
Ignota.Vnde tibi gemmarum copia tanta
Nauibus aduehitur.
Vnde etiã immẽsum argenti,flauiq; metalli
Pondus ad vsque Lycum
Portatur rapidum.Non illum Tethios ira,
Sæuaq; Nereidum
Numina deterrẽt,Neptuni aut fuscinaglauci
Monstrave Carpathij

Vatis

Vatis. Quid non perlustrat? Plutonia restant
    Regnaq́;, & atra palus.
Cerberus, & phlegetõ, diræ, manesq́; profundi,
    Aulaq́; Persephones.
Armis cũcta domat. Cedũt populiq́; feroces
    Oppidaq́; aggeribus
Et fossis munita cauis, & turribus altis,
    Cinctaq́; coctilibus
Muris. Nõ tormenta illum Vulcania terrẽt,
    Horrificiq́; globi.
Irruit intrepidus semper, seu vincere certus
    Vltima siue pati.
Hoc Turcæ nouere feri, en Aphrodision illud
    Vnica spes Libyæ,
A Gallis olim frustra obsessum tibi paret,
    Imperioq́; tuo
Virtute, atque armis Hispanorũ. En tua signa
    Ora maris Libyci,
Victricesq́; aquilas videt. Has Iordanis ab vndis
    Gens Galilæa petit.
Cæsareas Aquilas cũcto dominarier orbi
    Græcia capta cupit.
O venias Cæsar, tibi nam Tritonia Virgo
    Certa trophæa canit.
Te Patrem Patriæ terrę venerantur, & vndę
    Te dominum resonant.

## AD EVNDEM NICO- lai Nicolaij Grudij Epi- gramma.

Interea patrijs reuocas dum numina tēplis,
Numinibus reddi tēplaque rapta iubes.
Desertisque sacros aris indicis honores,
Suadet vt antiquæ relligionis amor.
Ecce procul meritispro talibusorbe remoto
Additur imperijs Aphrica capta tuis.
Victaq; gens versis animis pia sacra recepit,
Lustraturque deo flumine tincta caput.
Auspicijs pugnasse tuis tam iuuit Iberos,
Quos penes est per te gloria militiæ.
Nēpe sui Deus ipse fouet quòd vīdicis arma
Orbe tuo maius Carole nomen habes.
Id tamen vt nusquā lōgo obscuretur in æuo,
Aeterna illustrans dat tibi Stella face.

## EIVSDEM AD Stellam.

Solus Alexandrū depingere norat Apelles,
Dicere tu solus Cæsaris acta potes.

# IOAN. CHRIST. CAL. Stellæ Ad Aphrodisium Phaleucium.

Exi, vade Aphrodisium diserti
Illustrisq; Auilæ domum: fouebit
Blando te ille sinu: rogabit, ecquid
Noster Stella agit? Et viam ire dices,
Et Scaldim petere, vt tuas ad ædes
Me comptum & nitidum remittat ille.
Vt terræ videam æquorisq; tractus.
Cessas ire? times? nihil pericli est,
Nec tormenta ibi, queis quati superbæ
Et turres valeant, tuusq; murus.
Cinctas floribus, & rosis videbis,
Spirantes Tyrium, Indicumq; nardum
Aedes, quas Zephyri tenent secundi,
Et blandæ Charites, Puerq; nudus,
Auratisq; Cypris colit capillis.

FINIS.

Deato Ægidio Abbati Confessori Dicatum. Salmanticæ.
Calend. Sept. 1558.
Petrus Velleius Gueuara.

# INDEX RERUM MEMORABILIUM, quæ in hoc Commentario habentur.



Aphrodisium

*Bernardus*

Dorgutes

Fratrum

L.



M.

Quatuor

Toletus

FINIS.